Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



fecit terram in sapientia sua.
et adornauit cælum prudentia
sua. et obaudiuit ei
cum timore. Stellæ autem dederunt
lumen in custodiis suis et le
tatæ sunt. vocauit eas et dixerunt
assumus. et luxerunt ei cum iocun
ditate qui fecit illas. Hic deus
noster et non estimabitur alius ad illum.
Hic adinuenit omnem viam di
scipline. et dedit eam iacob puero
suo. et israel dilecto suo. Post
hæc super terram visus est. et cum
hominibus conuersatus est. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus. qui
ecclesiam in honore tui
ad patrum fidem sponsasti.
et per multiformis filios sacra ad
ampliandam dilata. ut quod priores
sancti non dubitauerunt futurum
esse fide tua magna et pre cogno
scat esse impletum. Per dominum.
Facta est super me manus
domini. Et eduxit me in spiritu
domini. Et deposuit me in medio cam
pi qui erat ossibus plenus. et
circumduxit me per ea in gyrum.
Erantque multa valde super
facie campi siccaque vehementer.
Et dixit ad me. Fili hominis
putas ne viuant ossa ista. Et
dixi. Domine deus tu nosti. Et
dixit ad me. Vaticinare de os
sibus istis. et dices eis. Ossa
aridaa audite verbum domi.

Hæc dicit dominus deus ossibus his.
Ecce ego mittam super vos
spiritum et viuetis. et succrescere fa
ciam super vos nervos et super ex
tendam in vobis carnes. Et dabo vo
bis spiritum et viuetis. et scietis qui
ego dominus. Et prophetaui sicut
præceperat mihi. Factus est autem
sonitus prophetante me. et ecce
commotio. Et accesserunt ossa ad
ossa. vnusquisque ad iunctura
sua et vidi. Et ecce super ea nervi
et carnes ascenderunt. et extenta
est in eis cutis de super. et spiritum non
habebant. Et dixit ad me. Vati
cinare ad spiritum. vaticinare fili
hominis. Et dices ad spiritum. Hæc di
cit dominus deus. A quatuor ventis ali
uenit spiritus. et insufla super interfectos istos et reuiuiscant. Et
prophetaui sicut præceperat mihi.
Et ingressus est in eos spiritus et
dixerunt. et steterunt super pedes suos
exercitus grandis nimis valde.
Et dixit ad me. Fili hominis. ossa
hæc vniuersa domus israel est. Ipsi
dicunt. Aruerunt ossa nostra. et pe
rijt spes nostra et abscisi sumus.
Propterea vaticinare ad eos. Hæc
dicit dominus deus. Ecce aperiam
tumulos vestros. et educam vos de
sepulchris populi meus. et indu
cam vos in terram israel. Et scietis quia
ego dominus cum aperuero sepulchra
vestra et eduxero vos de tumulis